Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



fundamenta eius Ethiopia et Libia et Lydii et omnes reliqui mulgus
et chub et filii terre foederis cum eis gladio cadent hec dicit dominus deus.
Et corruent fulcientes egypti. et descendet superbia imperii eius
a turre Syenes gladio cadent in ea ait dominus exercituum. et disperdabunt
in medio terrarum dissipatarum et urbes eius in medio civitatum de
sertarum erunt et scient quia ego dominus cum dedero ignem in egypto et ceciderint
fuerint omnes adiutores eius In die illa egredient nuncii a fa
cie mea in trieribus ad conterendam ethiopie confidentiam. et erit pa
vor in eis in die egypti quia absque dubio veniet hec dicit dominus deus. Et
cessare faciam multitudinem egypti in manu Nabuchodonosor regis
babilonis ipse et populus eius cum eo fortissimi gentium adducentur
ad disperdendam terram. et evaginabunt gladios suos super egyptum.
et implebunt terram interfectis. et faciam aliquos fluminum aridos
et tradam terram in manum pessimorum et disperdam terram et plenitudinem
eius in manus alienorum ego dominus locutus sum hec dicit dominus deus Et disperdam
simulacra. et cessare faciam idola de memphis et dux de terra egypti
non erit amplius Et dabo timorem in terra egypti. et disperdam Ma
phatures. et dabo ignem in taphnis. et faciam iudicia in alexandria
Et effundam indignationem meam super pelusium robur egypti et interficiam
multitudinem alexandrie et dabo ignem in egypto. Cum
parietes dolebit pelusium et alexandria erit dissipata Et in
memphis angustie cotidiane. Juvenes heliopolitanorum et bubasti
gladio cadent. Et ipse mulieres captive ducentur. et in taphnis
nigrescet dies cum contriverit ibi sceptra egypti et desinet in ea po
tentia superbie eius ipsam nubes operiet filie autem eius in captivitatem
ducentur. et faciam iudicia in egypto et scient quia ego dominus Et factum
est in undecimo anno. in primo mense. in septima mensis factum est
verbum domini ad me dicens fili hominis brachium pharaonis regis egypti
contrivi et ecce non est obligatum ut restituatur ei sanitas. ut ligetur
pannis ut fasciatur linteolis Et recepto robore possit tenere gladium
propterea hec dicit dominus deus Ecce ego ad pharaonem regem egypti et con
frigam brachium eius forte et confracto et deiciam gladium de manu
eius Et dispergam egyptum in gentes et ventilabo eos in terris. Et confortabo